



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

333. Ut Presbyteri cum stola incedant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Ecclesiam, vel certè de suis, Presbyter convenienter partes incisas habeat in vase nitido, ut post Missarum sollempnia, qui communicare non fuerunt parati, eulogias omni die dominico & in diebus festis exinde accipiant. & illa unde eulogias Presbyter daturus est antè in hæc verba benedicat:

O R A T I O.

Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere digneris hunc panem tuam sanctam & spiritualem benedictionem, ut sit omnibus salus mentis & corporis, atque contra omnes morbos & universas inimicorum insidias tutamentum. per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, panem vitæ, qui de cælo descendit, & dat vitam & salutem mundo, & tecum vivit & regnat. Providendum est autem ne micæ incautè defluant.

Burchard. lib. 5. c. 28.

Ut Presbyteri cum stola incedant. *Ex synodo Triburiensi.*

CCCXXXIII. Ut Presbyteri non vadant nisi stola vel orario induti. Et si in itinere Presbyteri spoliantur vel vulnerantur aut occiduntur non stola vestiti, simplici emendatione sua solvantur. Si autem cum stola, tripliciter.

De eadem re. *Ex Concilio Mogontiensi.*

Concil. Mogunt. sub Kar. M. c. 28. Lib. 5. Capitular. c. 81. & lib. 6. c. 169. Burchard. lib. 2. c. 101.

CCCXXXIV. Presbyteri sine intermissione utantur orariis, propter differentiam sacerdotalis dignitatis.